



Universitätsbibliothek Paderborn

Homiliæ Qvadragesimales Reverendissimi D.ni P. F. Hieronymi Baptistæ De Lanvza Venerabilis memoriæ Episcopi Barbastrensis & Albarrazini, Ord. FF. Prædicatorum

Ex Hispanico idiomate in latinum perfectè fideliterq[ue] iuxta posteriorem
omnium, nouamq[ue] editionem translatae, & ab innumeris cùm S.
Scripturæ, tùm SS. Patrum typographicis erroribus emendatæ ... cum
triplici Indice ...

Lanuza, Jerónimo Bautista de

Antverpiæ, 1649

§.1. Post præmißam vigiliam orditur Ecclesia Dominicæ Paßionis
solemnitatem & primò vtilis crucem imponat, eius probat innocentiam.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-53104](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-53104)

arguentiam. Vitam meam (ait Dominus acer-
 rimis suis & excitatissimis inimicis) vestris
 exponam manibus illam explicare, videamus,
 Quis ex vobis arguet me de peccato? Non me
 arguere potestis de peccato ergo nec de mendat-
 cio: etenim omne mendacium, peccatum est.
 An me de peccato potestis arguere? Igitur ve-
 ritatem dico. Si vobis ergo veritatem loquor,
 cur non creditis mihi? Nihil illa certius quam
 quod Quis ex Deo est verba Dei audit. Propterea
 non auditis, quia ex Deo non istis. Quis illi
 Nonne bene dicimus nos quia Samaritanus es
 in, Hæreticus, & damonium habes? Quid verò
 Dominus: Ego damonium non habeo sed honori-
 fico Patrem meum & non leuem mihi tantu-
 istis contumeliam, dum mihi hæc calumniato-
 res obieceris: Vobis autem prædico: hæc suo
 non carebat supplicio. His conformiter pro-
 cedit Dominus & velut sol diuinus clarissimos
 diffundit radios, quibus obfucati tenebrosi illi
 atque infernales, vel pertitiones manus lapidi-
 bus intererunt, illis cum prælocatur: Verum-
 tamen non hoc illis permisit Dominus, sed de-
 relictis illis de templo liber excedit. Sua no-
 stras illuminet tenebras misericordia per illu-
 strem suæ gratiæ lucem, quam nobis, quæ lucem
 genuit impetrabit, si supplices illi manus ten-
 damus, dicentes: Ave Maria.

§. 1. Post præmissam vigiliam orditur Ecclē-
 sia Dominica Passionis solemnitate &
 primo, ut illi crucem imponat, eius probat
 innocentiam.

O Picantur D. Leo Pontifex nos hodie fe-
 ritum inchoare vigiliæ amplioris quinq;
 hebdomadarum, quæ ex quadragesima
 Sermon. 2. 4 antecefferunt. Noueritis igitur (inquit) Non
 & y qua- sine causa per doctrinam Spiritus S. ab Apostolis
 drag. maioribus fuisse instituta ieiunia, idque in exor-
 dio nascentes Ecclesiæ: sunt enim hæc Qua-
 dragesima ieiunia obseruantia eiusdem, si quæ
 alia, celeberrima. Hæc autem sunt eorum in-
 tentio, tam solemnè longæque vigiliæ Passio-
 nis Dominicæ præsertim solemnitate: Ut
 I. excellens super omnia Passionis Dominicæ Sacra-
 mentum purificans corporibus & animis cele-
 bremus. Hanc eandem rationem institutionis
 Quadragesimæ proferunt D. Hieron. s. & D.
 Rationis
 stitutio-
 nis qua-
 dragesi-
 maz.

Augustin. l. cuius rationem dat. Theologiæ
 Doctor primarius D. Thom. e. ex doctrina D.
 Bernardi, d. quod scilicet maiora festa maio-
 ribus sint celebranda vigiliis, & frequentanda
 ieiuniis. Etenim in primoribus festis maiora
 celebrat Ecclesiæ nostræ fidei mysteria, ut au-
 tem illa pro dignitate celebremus, necessarium
 est ut illa & intelligamus & ex eis proficiamus.
 Ad eum finem necesse est expendamus & ani-
 mæ nostræ dirigamus intellectum, carnales af-
 fectus nostrique corporis motus terrenos com-
 ponamus. Hoc in nobis peragat ieiunium: sic
 enim nobis primo die Quadragesimæ signifi-
 cauit: Quis corporaliter ieiunium vitia comprimit,
 mentem eleuas. Hinc est, teste Angelico Do-
 ctore quod maiora festa maioribus sint præ-
 curranda ieiuniis & tantò maioribus, quanto
 fuerint festa celebrata.

Quod est festum omnium supremum, in quo
 profundissimum & maximum celebratur nostræ
 fidei mysterium, & ex quo beneficia recipimus
 ampliora: Passio & mors Christi Domini no-
 stræ: id mysterium sanè profundissimum! Hoc
 est, de quo præcius loquitur Isaias interprete
 D. Paulo Nec oculus vidit, nec auris audivit,
 nec in cor hominis ascendit &c. Imo idem Apo-
 stolus. Sapientiam loquimur inter perfectos, sa-
 pientiam autem non huius mundi, sed (sapien-
 tiam in mysterio absconditam, quam nemo prin-
 cipum huius sæculi cognouit. Sapientiam myste-
 rii demeritam, Sapientiam in mysterijs abscon-
 ditam. Christus mortuus, lapsus est manū sacra-
 mentorum & profundissimè abyssus mysteriorum
 immeritus. O quanta profunditas!

Precepit itaque Dominus ut mysterium hoc
 hominibus indicaret: O Domine (replet ille)
 qui credit auditus nostris Et brachium Domini
 cui reuelatum est? Difficultatem habet non mi-
 nimam inquit Apostolus, cui hoc veredat præ-
 dicabimus! Illud annuncia Iudæis, qui tantis hoc
 sæculis quidam expectarunt: quoniam illud audie-
 runt sibi à Prophetis prænunciatum: Iam illis
 hoc prædicamus & offendiculum illuc, repugnant
 ac scandalum prædicamus Christum crucifixum
 Iudæis qui semper anabulum. Quando illis annun-
 tiamus Messiam, quem pro sua libertate, prospera-
 tate, diuitis gloriaque expectabant, in cruce
 mortuum eorumque manibus occisum, hoc of-
 fenduntur. Quod si in eo, quod illa dicimus
 scandalizentur, quod hic esset Messias, grauius
 adhuc irritantur, quando illis indicamus, quod
 propriis Dei filium manibus occiderunt, quem
 illis

a In cap.
 9. Mar.
 b Sermon.
 71. ex di-
 uers.
 Tom. 10.
 c 2. 2. 9.
 117. n.
 tie. 5.
 d Sermon in
 vigiliis. S.
 Andrea.

II.
 Mysterium
 omnium
 supremum
 est Christi.
 Hi p. 50.
 1. Jai. 64. 6

1. Cor. 2. 7

1. Jai. 53. 1

1. Cor. 1. 13

illis Dominus misit redemptorem. Illud igitur annuntia gentibus. Habent hoc ut stultitiam: *Gentibus stultitiam.* Quando illis intimamus, quod Deus quem ex natura sciunt immortalem, cuiusque vita plures refert quam totius in unum mundi, mortuus sit in quo pro vili mancipio, obiciunt: & amentia est. O altitudo & profunditas mysteriorum Dei! *Domine qui crediti audisti nostro &c.*

Mysteria sunt omnino singularia in corporis nostri & anime peccata remedium. Aequitas exposcit, quareous illa celebremus & intelligamus, ut corpus & animam solemoi longoque leionio preparamus; quatenus per illud nos ter dirigatur intellectus, sitque ad ea intelligendum liber, nostrisque caro ad fructum eorum receptionem sine dignaque composita. Mater Ecclesia aduentum filii Dei in hunc mundum celebratura, quatuor Aduentus Hebdomadae nos congrue preparavit: Tempus hoc est adeo festiuitatem, adeo dignum quale hoc esse nouimus: est etenim mysterium eximium omnino, quod Deus fiat homo, nostrique carne vestitus in mundo pauper appareat: *Verbum caro factum est & habitauit in nobis.* Graue mysterium, cuius aitudinem & eminentiam, dum hoc audimus, protestamur, in terra corpora nostra prosternendo.

Ceterum multo preclarior est, ac profundius hoc mortis eius mysterium: quando quidem aduentus eius ad hoc ordinaretur: *Veni ut faciam voluntatem tuam.* Ad hoc descendit, ad hoc venit ut moreretur, seipsum in ara crucis offerens holocaustum; proinde pro sui celebratione vigiliis, ac ieiunia requirit ampliora. Quando carnem induit homogene natus est, licet mysterium fuerit supremum & absconditum, sicut de facto esse cognoscimus, nasci Deum in stabulo, frigore tremulum, in praese, i reclinatam, iacentem inter animalia: illi d enim a longe luce prophetica iacens. Vates Abacue totus stupore percolus & extra seo similis exclamat: *Domine audisti auditum tuum & timui: considerasti opera tua & exspauit: in medio duorum animalium cognosceris.* Sic legitur septuaginta. Tamen lux apparuit quae hinc celestis terram & praesertim pastores illuminans circumuicinos: *Angelus Domini stetit iuxta illos, & claritas Dei circumfulsit illos.* Ecclesia vero canit quod ea tempestate *Lux magna descendit super terram.* In hoc autem mysterio Dominica Passionis sol obscuratur, eoque modo suos contrahit ra-

dios, ut tenebris terram inuoluat obcurisimis: *Obscuratus est sol & tenebra facta sunt super uniuersam terram,* in signum quod hoc mysterium sit adeo profundum, ut supremorum Seraphim intellectus, obtaecentur, nec illud capere valeant, illudque dici possit ex psalterio: *Posuit tenebras latibulum suum: Deum crucem confixus, moriens, ut malefactor, Deus est absconditus, & tenebris circumdatus obscuris inis.* Cum hoc mysterium sit adeo sublime, & sacramentum hoc adeo venerandum, ratio postulat, ut ad illud omnium celeberrimo atque amplissimo non solum se ieiunio disponamus.

Aduenit hic idem Angelicus Doctor, in eo quod ait Eua. Ioan. quod Iudei illud celebrant Pascha, quod agni sacrificio consecrabant, Hierosolymam confluere, & ex omnibus singulis regionibus suis accurrere, pluresque eorum ante festi sollemnitate eo conueniant, ubi templum erat locusque offerendis sacrificiis dedicatus, ut seipios antecedentibus aliquot diebus prepararent operibus quibusdam intenti sanctioribus: nempe ieiunijs, elemosinis & sacrificiis. Hoc verbis illis indicat Euangelista: *Proximum erat pascha Iudeorum & ascendunt multi de regione ante pascha ut sanctificarent se ipsos.* Ascenderunt seipios sanctificaturi. Quae habet hoc ratione: Ieiunij, vigilijs, pietatisque operibus. Quid hoc? ad agni vnius occisionem tanta preparatio? Vtique: est enim agnus mysticus, qui nobis in memoriam redicit agnum illum in Aegypto sacrificatum, cuius nobis sanguis valuit, ut de dura illa Pharaonis liberi egredieremur seruitute: Illo namque conspersi ab Angelo percussente reddebamur immunes & in operam diu astricti sumus, libertatem.

Quoniam erit necessaria dispositio hoc Pascha nostrum celebraturis sacrificij agni nobis diuini, cuius sanguine mundus vniuersus redendus est liber nec non diabolica erodendus seruitute: totus sanguis a peccatis mundarum hominum aperit caelos gloriam patefacit & genus humanum Patri celesti reconciliat? Pascha Iudeorum erat, agnus hic, quam immolabant, & assatum comedebant. Hoc autem insinuat Euangelista de Iudaeis locutus quod intrare noluerunt Pilati praetorium: *Vi non contaminarentur, sed ut manducarent Pascha.* Quod erat illud Pascha comedendum? Agnus immolatus. Illos nostrum est agnus noster Christus leuimiticus, verus ac legitimus Dei filius, de quo Barptista

Pf. 39. 7.

Abac. 3. 1.

Luc. 2. 9.

Luc. 23. 44.

Pf. 17. 13.

3. 111.

Iudei se

pnis ope-

ribus ad

Pascha

prepara-

bant.

In 6. 11.

Ioan. 11.

8. ad In.

Ioan. 11.

55.

10. 12.

3. 8.

14.

Illos nos-

trimit-

mar.

ptista

104. 29. pilla dixerat : *Eccc agnus Dei , ecce qui tollit peccata mundi .* sacrificatus & allatus in frizorio crucis amoris igne ferventissimo : *In veru*

D. A.M.B. *crucis boni odoris affatio* (ait D. Amb.) *etenim Pascha nostrum immolatus est* Christus . canat Ecclesia . Igitur aquam foret prius nos sanctificari pio ieiunio , quod in telecctum illustrat , humores nostra que nubes purificando , hanc autem mortificando , quatenus spiritus ad Pascha huius accipiendum fructus sit apte dignè que dispositus . Idcirco Quadragesimam orditur Ecclesia clamores voceique Prophetae Joel

Joel. 2 11. *Canite tuba in sion , sanctificate ieiunium &c.* De quibus iam pridem egimus .

V. Allegoria *Ecclesia de muliere lugente filium mortuū*
Vehementer admiror , id quod Angelus Eliae praecipit sacerdoti . Erat hic D. Gior sanctissimus , nimia deiectus tristitia ob calamitates , quas incessanter Dei populus patiebatur captivus in Babylonia & Chaldaea & summo opere desiderans certo quodam cognoscere , quando scilicet & qua ratione ab illa solutus captivitate in patriam restitueretur libertatem , cumque multis in eum finem precibus effudisset : Apparuit illi Angelus aitque . *Serne Dei , macte animo ; etenim addum ab Altissimi missus nuntius quædam tibi de his , qua scire desideras , mysteria declaraturus . Verum iam necesse est quatenus hæc tibi denuntiem , tuque possis ea capere , ut teipsum prius disponas utique hoc modo : *Abi in campum florum , ubi domus non est edificata , & manducabis solummodo de floribus campi & carnem non gustabis , & vinum non bibis , sed solummodo flores , & deprecare Altissimum sine intermissione & veniam & loquar tecum .* Igitur finem dierum cum floribus pascereur , & cibo adeo delicato esset spirituali satur , ad est illi Angelus Alia declaraturus mysteria : Mulierem igitur illi spectandam offert vultus elegantia formosissimam , sed pulvis indutam , lacrimarum imbri perfusam , virgenti sui intempesta morte prostratam , que auream dixisset pinam , cæteris sapienterem , quo mundus nullum admiratus est modestiorè & atate raptum meliori .*

4. Esdrae
VI. O sublime mysterium , ad cuius visionem tanta requiritur per orationes , abstinentiam , talesque cibos , qui flores erant preparatio ! O Christiani , quænam nobis extitit Deus in Ecclesia offerre spectanda mysteria , quam lugubri ceruimus veste contectam , cuius oculi fontes sunt lacrimarum , quæ mortem lugeat non filii , sed cælestis sui sponsi , hominum omnium

formosissimi : *peciosus forma præ filiis hominum* Ps. 44. 7. qui sapientia primus est : *in quo sunt omnes thesauri sapientie & scientie absconditi* qui cæteros Ait filios modestia antecellit , & morum præcurrit integritate , de quo sic D. Petr. *Nec dolus inuentus est in ore eius .* Cernit illum in ætate vere morientem , morte cæ dolorosissima tum ignominiosissima : qualem nullus in mundo , aut passus est aut patietur unquam : huius amare defset excessum , siquidem in eius obitu omnia nostræ vitæ iura continentur , in eius vinculis nostræ libertatis , in eius doloribus nostræ sunt iura gloriæ . Ad horum intellectum decrevit , ut pluribus ante diebus nos ipsos discutiamus , subit hamus , & solis vescamur floribus , utque sanctissimis .

4. Esdrae
VII. Varias
Christo in campum deserti , nosque voluit his nobis o-
floribus recreare & pascere filios . Quid Evangelia fuerunt quotidie nobis proposita , nisi flores Ecclesia quidam venustissimi : Hoc voluit , ut velut apes virtutes cælestes Spiritus S. rorem exurgeremus illis in-
ficietem . Quodam die docendo , qua ratione tibi das , sit institucendum ieiunium , non sicut hypocrite . Alio , qualiter tibi fides imitanda Centurionis ; Illo , qua ratione diligere oporteat inimicos , Patrem imitando cælesti . Alio , qua arte remos in tempestate oporteat moderari , sicut Apostolice consequenter

Utinam apes fuissetis ; utinam his floribus pasci fuissetis , qua ratione precor ; dispositus fuisset intellectus vester , & voluntas , anima vestra , vestrum corpus ad diuina hæc capienda mysteria , & fructus carpandos in quem finem peracta esse nouimus ! Vereor ne illa non intelligatis , nec vllam ex his hauseritis utilitatem : ex eo quod tam parua vos dispositione preparaueritis , de mundi vos negotiis subtrahendo communibus , illosque decerpendo flores amantissimos . Num ita remisisti diuertula ? Num tuas gæceo impudicas abiurasti voluptates ? Nū tuas auare , vsuras reliquisti , & tuas mundane tu repulisti vanitates ? Nūquid manibus flores decerpisti virtutum ? Qui eleemosynas comemorasti particulares , corporis castigationes , superbia carnis

carnis tuae frangam, strictiora ieiunia, lachrimolosas confessiones, piisque communiones: Quid ieiunia quae iam exquisitis delictis & collationibus quae carnam explent, celebrasti? Quam adhibuisti diligentiam ut iniurias pauperibus iniustas redintegrare, & pernitiosas renocares murmuraciones? Quam inopiam viduarum & pupillarum pauperum, & xenodochiorum, tua supplicii liberalitate? Certe parum ostendisti, te rationem cognoscere cuius intuitu tempus hoc sit institutum, tanti festi vigilia.

Nunc hodie haec incipit festiva solemnitas: ad hoc enim vocatur haec Dominica, Dominica passionis: quia hodie eam incipimus recollere: iam hodie apparent & tibi proponuntur vexilla crucis insignia Regis gloriae: iam pullae vestes, quibus altatum grata contegitur, formositas: iam cantus lugubres insonant, & ablato ab introitu cantico laetitiae Gloria Patri &c. missa celebratur. Ad huius celebrationem festivitatis mortis Domini hic primus ponendus est gressus quod mortem non subierit culpa reus alicuius, sed pro nostris Patri satisfactorus. Vbi mors, supplicium, poenaque ex iustitia infligitur, culpa praesupponitur, & est, quae & hic supponitur: Sicut autem dolores hi fuerunt omnium acerbissimi, etiam culpas supponit omnium atrocissimas. Verum non eius, qui moritur: hic enim sanctus, purus fuit, & mundus, ipsis oculis innocens, sed totius mundi: *Pro peccatis totius mundi*: ait D. Ioan. Nihil te moueant dolores hi acerbissimi, morisque ignominiosissima: etenim facti factionem tolerauit omnium peccatorum, quae mundus vnquam aut commisit, aut committere impensissima.

VIII.
Poena
supponit
culpam.

1. 2. 3. 2.

IX.
Christus
nullius
culpa
noxias
pro no-
stris pas-
sus est.

Ad huius veritatis assertionem nobis Ecclesia proponit Euangelium quod audistis in quo primum agit Saluator, ut suam asserat innocentiam & a peccato munditiam. Eo animo proponit & oculis subicit mortalium inimicorum vitae suae decursum: sunt etenim illi, qui minimos in iis quos detestantur defectus aperunt arguendos; illisque ait: *Quis ex vobis arguet me de peccato?* Vt confirmata hac veritate quod nullam admiserit culpam, intelligamus pro nostris, mortis ab eo toleratum fuisse supplicium. Itaque licet dicere hodie secram certamque fieri innocentiae Christi confirmationem, ut illi crux imponatur suprema, vel eam ipse accipiat non in pectore suo, sed in humeris suis: Vel si gratius sit non ut illi crucem

imponat, sed illum cruci, ut cum illa recipiat supremam Ecclesiae triumphantis & militantis potestatem eminentissimam: Vt dicere possit: *Data est mihi omnis potestas in caelo & in terra.* O gloriosam & caelestem crucem: talis enim crux talem requirit innocentiam, talem vitam integritatem in eo, qui eam est portaturus. Crux est, quam qui ferre debet mundare debet omnes sanguineas mundi maculas, vnde necesse est sanguinem habere adeo purum ut ne minimum quidem puluerem aut fuliginem sordescere patiatur. Hoc est, quod hodie confirmatum vitam suam coram Iudeorum tribunali discutendam exponit, dum ait: *Quis ex vobis arguet me de peccato.*

Matt 28.
18.

Agit Dominus cum illis, dicitque id quod Iacob socero suo Laban, dum illum argueret perstitit suorumque furti idolorum. Eia age inquit publicam hic volo fieri coram praesentibus attestationem, En tibi tota mea substantia, cistis aperi & arceat, eoule sarcinas, omnia explicata impedimenta, perscrutare quidquid habeo, & strictam fac omnium inquisitionem: *Coram fratribus nostris scrutare quidquid tuum apud me inuenieris, & aufer.* Quidquid sum, habeo, & confere, tuo hic expono conspectui, omnia perscrutare. Hoc egit Iacob, sed quid amplius Saluator ostendit? Ille namque coram soceri sui se obtulit tribunali, & in praesentia parentum suorum tantummodo, & amicorum, qui si defectum aliquem inuenirent aut tacite conuincerent, aut amice excusarent: *Coram fratribus nostris scrutare.* Veritas: Sicut or nosse se sinit coram inimicis suis, quibus numquam quis passus est & maiores, & atrociores coram illis inquam, qui eum ad mortem usque oderant, quorum hoc erat primum studium ardenisque desiderium ut aliquem in illo deprehenderent defectum: Nullus etenim venator tanto seruet seram capiendi desiderio quanto illi ignore: Christum si non in aliquo alio, saltem vel in vico verbo comprehenderent. Illis igitur ait, en coram vobis adfuit, vestris oculis me expono vitam, eouoluite, discutite, scrutamini &c. Num in manibus meis aliquid inueniatis delictum, vel aliquem in pedibus meis gressum in compositum, vel in ore meo verbum inordinatum: *Dicebat Iesus turbis Iudeorum & principibus Sacerdotum: Quis ex vobis arguet me de peccato.*

X.
Christi
Iacob
imitatur

Gen. 31.
32.